Miscellanea 823-18

SVGGESTIO DE
LIBERANDI SVPER PROPOSITIO-

ne Hadriani pontificis Romani Nerobergæ facta
ad principes Germaniæ à quodam ingenue
tum in cōmune Reip. Chriſtianæ,
tum priuatim Germaniæ fa-
uente, ſcripta.

ME LEGAT QVICVNQVE
defenſam uelit & Chriſtianam Reli-
gionem. Et Germaniæ, li-
bertatem uindicatam.

BIBLIOTECA NAZIONALE 1872

MELEGAT QVICVNQVE defenſam uelit & Chriſtianam Reli gionem. Et Germaniæ, li-bertatem uindicatam.

DEDERAT ALIQVANDO
conſilium o prudentiſſimi Germa-
niæ principes doctus quidam, quo
Lutheri cauſa facile tum compo ni
potuiſſet. Vt multi opinabantur, ni
ſi quorundam peruicacia obſtitiſſet
qui uanas quotidie ſpes extinguen
di Lutheri ſimul atq; intra ſe conce-
piſſent, paſſim inter ſuæ farinæ ho-
mines diſſipabant. Quæ ut hactenus exitũ non inuenerunt
ita prorſus nihil remiſerunt, idem agitur quod olim. Com-
pertum etenim habemus recens inauguratum pontificem
Rom̃. Nerobergæ iſta quæ ſequũtur proponere. Se eſſe ani-
matum ut Cæſarem, et frãcorum Regem componat. 2. Vt
Eccleſiam inſtauret. 3. Exercitum in Thurcos expediat. 4.
Et Lutherum cum ſecta ſua extinguat. Hic mihi uiſus ſum,
quicunq; tandem ſum operæpræcium facere ſi ueſtræ pru-
dentiæ, quid ipſe in hac re ſentiam aperuero, ac uelut anſam
deliberandi ſuggeſſero, ſapiẽti enim inquit Salomon, Si oc
caſionem præbueris ſapientior erit. Non equidem opto ut
prudentia ueſtra rem ex noſtra ſentẽtia gerat, ego enim quis
ſum? Sed quãdoquidem Sæpe etiam eſt holitor ualde opor
tuna locutus, paruitatem noſtram, benignius audiat, queq;
uana uidebunt reijciat, nec indignã rem fieri putet, ſi uulga-
ris aut priuatus Principes admoneat. Nam & Amos de gre
ge uocatus ſpiritu cœleſti imbuitur ut uniuerſum populum
Iſraeliticum arguat. Ego uero humiliter modo ſuggero quo
modo ipſe rem totam, ut primum audiui, expẽderim, ideq;
uos facere per Ieſum Chriſtum oro. Nomini noſtro, nõ me-
tus, ſed arrognatiæ notam declinandi cauſa, pepercimus.

Conſideraui itaq; quod ad primum attinet. Si Rom̄. Ponti- 1
fex in hoc incumbit ut Cæſarem, Et Francorum Regē com
ponat, qui fiat ut hoc apud Germanos ordiatur, à quibus ne
gocium minime pendet? Deinde ſi Eccleſiam reparare con-
ſtituit, quamobrem non à ſuis Epiſcopis & Cardinalibus au
ſpicetur, præſertim quod palā ſit omnibus omnē luxum &
abuſum Eccleſiaſticorū à Romanis tanquā à fonte in uni-
uerſum orbem deriuatos eſſe: Si uero copias in Thurcos ex
pedire, miror tam audax propoſitū, quod Septuagenarius,
quod Chriſti manſuetiſſimi ſacerdos & Vicarius (ut hoc in
terim donem) nondum pacatis bellis, nec principum ſum
morum cōciliatis animis, tantum facinus promittere audet
quaſi ex ſe omnia pendeant. Nam tametſi quiddam ſibi de
Cæſare polliceri poteſt, certe de Francorum Rege hodie ni-
hil poteſt, quem undiq; tam hoſtiliter oppugnant ut ad tu-
endum regnum uires ęgre ſufficiant. Taceo quod neſciam
quam tutum ſit nedum pium de Repub. chriſtiana tam te-
mere periclitari, cum hoſte præſertim tam uafro forti ac præ
diuite formidabiliquoq;, non modo imbelli uetuloq; ſacer
dotulo, ſed ſummis etiam cordatiſſimiſq; ducibus: Conſi 2
deraui e diuerſo ex rebus non adeo dudum geſtis an ne Ro
mani Pontifices quiddam tale quale noſter Hadrianus mo
litur præſtiterint. Inueni autem eos nihil minus proximis fe
re triginta annis quam Principū concordiam ferre potuiſſe,
iis enim ſeſe mutuo conterentibus Rhoma tacite ſed ampli
ter ſuis delitijs fruitur. Idq; fere noſtra tempeſtate accidit, ut
autem bella geſſerint Rom̄. Pontifices aūt Eridis more con
citauerint. Qualiter uero Eccleſiaſticorum mores hactenus
correxerint, poſtremo habita Concilia generalia clariſſime
docent. Cœperunt enim in Concilio Baſilienſi, quo Cæſaris
ac principum expectationem fruſtrarentur talia uel conſimi
lia decernere. Clericus curtam ueſtem non gerat, laxas mani
cas in tunica nō habeat. Cardinalis ſupra triginta Beneficia
Eccleſiaſtica non habeat, Cōcubinam in ſacris conſtitutus

nemo aperte foueat. Crines ac barbam ad minus in menſe
ſemel tondeat. Porrò Chriſti doctrine breuis aut nulla pror-
ſus mentio. Atq; hæc anilia deliramēta reformationē Eccle-
ſiæ audent adpellare. Expeditionis aūt in Thurcos præte-
xtu tanquā eſca quantas philippeorū myriades emūxerint
quid recēſere refert: cū nemo ſit qui id non ſenſerit nedū au-
3 dierit uel uiderit. Omnibus igitur in hunc modū expēſis
nēpe neq; ratione ulla neq; rerū paulo ante geſtarū fide uide-
ri poſſe Romanenſes id in animo habere quod præ ſe ferūt,
fecerunt enim idem à principio functionis ſuæ. Rom̄. Pont.
quod hic noſter uidelicet ut omniū oculos uanis ſpebus in ſe
cōuerterēt, quas nō ridiculo mure ſed inſigni tandē aliquo
dāno eluſerunt. Supereſt ut hæc tria prætexantur, quo faci-
lius perdere Lutherū poſſint. Neq; ego Lutheri cauſæ
4 hic patrocinor, ſed Euangelij, manifeſtum em̄ eſt oībus, q̄d
Lutherianos oēs eos appellant qui Euangeliū ſyncerius prę-
dicāt, quo latius poſſint atrociuſq; graſſari. Nā quod ad
5 Lutherū attinet, conuincēdus eſt ſcriprurę robore nō ſiluæ.
Si uero priuatim quid uel in pontificē uel principes morda-
cius expuit, dicat ei dies, integrūq; ſit illi ſatis facere, oībus
em̄ notū eſt Lutherū nulli genuinum impegiſſe quā qui pri-
us proſciderit, niſi placeat Iudæos imitari, qui Chriſtū infe-
ſtis clamoribus occiderunt. Si non eſſet hic malefactor non
tibi tradidiſſemus eū. Et ni hunc occidis non es amicus Cæ-
ſaris.. Porró Euangelij cognitio quantū breui adoleuerit.
6 Nemo ex uobis eſt, o fortiſſimi Heroes qui ignoret, Quę,
dum his qui ad rē ſunt paulo attentiores, obſta t, nec tamen
aperto illam Marte obpugnare audēt, cuniculis rē gerere pa-
rant. Eā em̄ cupiūt Lutheri nomine odioſam reddere, quod
ſi eis permiſeritis quo quæſo deueniet? Huc certe ut mul-
7 ti quorū ſpiritus quidē prōptus eſt caro autē infirma cū Si-
mone Chriſtū negent, ut hi qui oīa ferre pro Chriſto parati
ſunt paſſim Lutherani nominis prætextu indicta cauſa tru-
cidentur urantur uinculis & pedoribus conficiātur, quam

equidem illis gloriam (libenter ēm gloriabuntur in infirmi tatibus) nõ īuideo, quin potius hortor ut poſt habitis oĩbus macti uirtute, hunc imitentur qui ſeſe pro nobis redimendis expoſuit. Sed quod, omniũ minime uelim ueſtras manus tã atroci flagitio cõtaminari, neq̃ uos ad hãc petrã offendere.

Dein huc etiã uenietur ut Romanenſiũ gratia uniuerſam 8
Germaniã ſummo tumultui inuoluatis. Videtis ēm ut regnũ dei, uim patiatur uiolentiq̃ illud rapiãt, uulgares, magiſtra-tus, docti, indocti, principes & idiotę, ac quãto quiſq̃ eſt in-nocentior tanto uehementius impreſſionē facit ad cœleſtis doctrinæ fontes contendēs, hi oẽs inquã cũ Euangelij hoſti-bus cõmittent ſi ſub Lutheri nomine Bellũ aut exiliũ Euan gelio indicatur, & ſeditiones, diſſidia tumultus, tranſalpi-na ſupellex, in Germaniam transferentur, quod quantũ cu-iuſq̃ regno profuturum ſit nemo non uidet. Moliuntur 9
autem hanc malorũ lernã Romanēſes, eorũ ēm literas uidi ad quoſdã in Germania eiuſdem pulueris homines ſcriptas quibus nunciant Pontificē Rom̃, oĩa tentaturũ ut ſectã Lu therianã extinguat quin hi qui ſunt pontificię factionis pa-lã gloriant, adeſſe qui omnia reſtituat in locũ priſtinũ. Hæc uobis nimirũ ſcientibus & prudentibus loquor, ipſi ēm ſua tacere non poſſunt ita urget dolor conſilia in quæ ſpes ſuas locant, prodere. Hoc tamen admonitos uolo, ut ſi audia- 10
tis inducias inter Francorum Regē ac Cæſarē factas, ſciatis non ea gratia factas eſſe, ut uel in Thurcos mittat exercitus uel ut ipſi paulliſper reſpirent, quomodo ēm ſimul fideliter eſſent pugnaturi, qui adhuc inter ſe hoſtiliter diſſiderēt? uel quomodo reſpirationē darent ei quē ſtatuerũt toto etiã decē nio belli oneribus fatigare? ſed ut neruis oĩbus poſſint ĩ hoc unũ incũbere ut Euangelij prædicatio ſub Lutheri nominē infirmetur, quod ſi factum erit, obtinuit Roma non iam to-tius Germaniæ regnum, ſed orbis Chriſtiani monarchiam. Taceo hic quiddã cuiq̃ cogitandũ. Nulli quoq̃ principũ imponere debet, quod ſuperiores pontifices Romani cæpe-

Arrigite aures ó germaniç principes.

runt liberos ueſtros ad epiſcopatus & purpureũ pileũ uoca-
re. Hoc eñ propter præſentem neceſſitatẽ tantum factũ eſt,
quo uos uelut acceptis obſidibus oppingnorarent uel dicto
audientes facerent, quod ubi præſtiteritis, deſpicient. Atq;
interim uos hoc damni feretis, ut quod aliquando Roma-
nos pontif. paſſi eſtis ueſtris tribuere quod ueſtrũ erat, cũ do
12 lore cernatis non ueſtris accedere. Sed neq; iſtud præterie
rim, quod ad præſentem occaſionẽ paſſim rumores diſſipan
tur, nouiciũ Põtificẽ infenſum eſſe luxui Cardinaliũ, atque
eius eſſe ſententiæ ut ſupra octo Cardinales in auctorare no
lit. Deo gratia quod uel huc uentũ eſt, uerũ quid octo faciẽt?
Si cardinalicius ordo rempub. Chriſtianam decet ex Chriſti
aut Apoſtolorũ inſtituto, cur non potius augetur quam mi
nuitur? Aut quomodo licebit abolere quod deus ſtatuit? Si
ex dei iſtituto non eſt, quid uel octo miſerę plebi obtrudun-
tur, ac non potius tota radix euellitur ne unquã ſimile luxus
13 ſeminariũ pullulet? Verũ confeſtim uidebimus an dictus
pontifex cupiat ad regulã Euangelicã Epiſcoporũ et Cardi-
diliũ mores corrigere, nam ſi eis Thurcorum muros & lapi
dea corda ſepties uno die hoc eſt indeſinenter præcipiat am-
bire, ac tubarum inſtar Euangeliũ ebuccinare, iam certi eri-
mus eũ ad magiſtri ſui exemplar, omnia comparaturũ, qui
ut meſſem uidebat adpetere miſit ſuos ut meterent ſine ſac
culo & pera, indubieq; ſperabimus eũ Thurcorũ animas lu
crifacturũ. Porrò ſi Machias, commeatũ, pedites, claſſem, e-
quites expediat nihil differet à mundi huius tyrannis, peri-
clitabitur eñ tota reſpub. Chriſtiana. Cardinales autẽ et epi
ſcopi præſertim q̃s ſuffraganeos adpellamus ſi fortiter Euã-
gelij munus obierint immenſam hominũ capient multitu
dinem citra omne populi periculũ, citraq; cædẽ & ſanguinẽ,
ni forte fortuna ipſi occidant, id aũt prouẽtus certiſſimũ idi-
ciũ erit, granũ eñ tritici ſi mortuũ fuerit multũ fructũ adfe-
14 ret. Itaq; ſi Hadrianus uir nimirũ uehementer & prudens
& doctus uere fauet renaſcẽti Chriſto, iubebit ante oĩa Chri

ſti doctrinā pure fideliter & conſtanter prædicari, polliciebi-
turq; orbi Chriſtianorū quoad poterit oīa ad diſciplinā Chri
ſti reparaturū, ſic eñ fiet ut recte ceptis oēs faueāt quotquot
Chriſti nomine cenſeri cupiunt. Si uero Lutherus uir ſi- 15
ne controuerſia pius & doctus indigne tractetur, quis tutus
erit? Eraſmū iam rumor eſt declaratum eſſe hæreticum, qui
ſi quid peccauit hic peccauit quod Romulidis iſtis nimis
pepercit, maluitq; Heli in morē paterne ac blande ad mone
re, quam Heliam imitando acerbe obiurgare. Quod ſi factū
erit, dij meliora, proximus eſt, quiſquis erit pijſſimus & in-
nocentiſſimus. Iam neq; hoc tacebo Hadrianum Roma. 16
pontificem mire cōmendari ab artificio, quæq; ſimulandi et
diſſimulandi, & hoc ab his qui diutinam uitæ conſuetudi-
nem cum illo habuerunt, Vnde non iniuria quis bonam de
eo ſpem concipere fortaſſe poterit nempe ut quicquid nunc
agit citra regulam Chriſti in eū uſum faciat ne inſueti Euan
gelicæ doctrinæ ab eo reſiliant anteq; aliquid de illo audie-
rint, donecq; quiddā infirmis. Faxit deus opt.max. ut ſua
uoluntas uincat non noſtra ſententia. Summa ſumma-
rum, nemo tam hebes ſit ut propter Romanenſes qui Ger-
maniā tot ſeculis riſerūt quicquam tumulti excitet etiam ſi
Chriſti cauſa non ageretur. Iterum nemo tam ſeruili ac ab-
iecto aīo ut ultro oblata liberttate nolit ea iuxta Pauli uer-
bum potius uti, quam infructuoſæ imò detrimentoſæ ſerui
tutis loris teneri.

Eſaię. 8.

Congregamini populi & uincemini, & audite uniuerſę pro cul terrę, confortamini & uincemini, accingite uos & uin cemini, inite conſilium & diſſipabitur, loquimini uerbum & non fiet, quià nobiſcum deus.

M. D XXII.

99 952617